

alteram galea que dño Petro cognomento Landawe attinebat in qua alij peregrini de secūda societate vehebantur. sub pena se mille florenoz obligavit sup quo debita fiat proniso iuxta placitū et votū peregrinorū. Item q̄ ipsi dñi peregrini duos inter se ordinent deputentq̄. qui in veneciano portu et deinceps in omnibus locis quibus foret applicandū prospiciat et inquirant an patronus necessarios et sufficientes habeat famulos et officiatos. vt mox est vsitatu. et necessitas siue cōsuetudo hactenus obseruata requirit. Q̄ si aliquem vel aliquos huiusmodi ex famulis quo libet casu deficere aut mori cōtingeret. patronus aliu vel alios in locū eius vel eoz subrogare teneat. suis in expensis.

Item q̄ patron⁹ teneatur armaturā pro. lxxx. viris disponere pro peregrinorū et galee defensione. aut hostiū si opus fieret inuasiōe.

Item q̄ patron⁹ ad singula loca et portus applicare teneatur. quibus ab olim cōsuetū est applicare. neq̄ tamen vltra biduū triduum spacium in aliquo loco immoretur. nisi forsitan tempestas maris ( fortuna ap̄ pellata) id faciendū p̄suaderet. hoc adiecto q̄ si peregrini in insula Cyp̄ pro ad Nicosiam ciuitatē p̄gere velint. eos teneatur in portu Cyp̄rino expectare. At in reditu de terra sancta biduo vel triduo in quolibet portu. mercū vel vendendarū vel cōparandarū gratia. poterit immorari et nō vltra. Ita tamen q̄ loca peregrinis deputata. in galea libere maneat. nec mercibus occupentur aliquo modo.

Item q̄ patronus peregrinis singulis diebus bis ad comedendū et bibendū det vt decet pro viris honestis. Q̄ si ex qualibet causa aliq̄s peregrinorū ad mensam patroni mane aut vespere venire nequirit. aut solus fortasse vel cū sua societate seorsum vellet manere. nichilomin⁹ ipe patronus solitiū sibi cibū et potū transmittere teneatur absq̄ contradicione omni.

Item q̄ patronus peregrinis ex venecijs vsq̄ ad terrā sanctam. et inde vsq̄ venecias de bonis panibus. vino bono. recentibus carnibus. ouis. alijsq̄ huiusmodi esculentis cōperenter prouidere teneatur.

Item q̄ patron⁹ peregrinis id perentibus mane vnā refectionē. et vespere collationē cū malinaseto et alijs tribuat. vt fieri solitū est et cōsuetū.

Item si peregrini plures vel pauci p̄ recenti aqua aduehenda. et alijs procurandis necessitatibus. ad litus vellēt p̄fisci. patronus nauiculam siue barca et famulos q̄ eos ducāt et reducāt cōcedere teneat. eisdē.

Item q̄ patronus semp̄ et vbiq̄ ipos tutari debet peregrinos. ne ab aliquo hominū verbis aut factis quoquo mō molestentur siue in mari siue in terra. iuxta suū posse et nosse absq̄ fara.

Item q̄ patronus ipos peregrinos debito pmittat tpe in terra sancta morari. et eos custodiat atq̄ cū galea expectet. Item q̄ p̄sonaliter cū eisdem equitet ad loca sacra visitanda. vsq̄ ad Jordanē. et inde denovo vsq̄ ad galeam. fideliter quoq̄ et prole se ad eos exhibeat. tuendo et sp̄ ac vbiq̄ defendendo. ne ab infidelibus aut alijs vltro pacto circūueniat.